Universis et singulis hujusmodi seriem inspecturis, visuris,
lecturis, pariter, et audituris, attestor, indubiamque fidem facio
Ego Dr. Josephus Rafols pbr. ut Archivarius Rdae Comunitatis Pres-
biterorum Villae Franchae Penit. Barchinonen. Dioc. Electus, ac Nomi-
natus, a prefata communitate die decimo tertia mensis decembris
año a Nte Domini Millesimo septingentesimo sexto. quod in
archivo dictae Rdae Comunitatis inter alios, invenitur quidam liber
de folio bene recondictus, ac pergameniis tegumentis coopertus,
qui vulgariter nominatur: Visita de Molinas. et in folio cente-
simo septuagesimo nono paragrafo nono die vero vigesimo octavo
mensis July + hora octava ante meridiem pulsata. Inveniuntur ver-
ba posita tenoris sequentis = Amplius dictus dominus visitator statuit
atque mandat ut residens, ac beneficiatus noviter admissus adimplere
teneatur pro ut adimpleri mandat omnes et singulas functiones, ac
obligationes solitas fieri, ac adimpleri per modernum dictae Comuni-
tatis beneficiatum nempe dicere missas matinales, ac ultimas celebran-
tur suo ordine a chartulatorio designari pro ut moris est. Ut igitur
de premissis indubia fides adhibeatur Ego supra dictus firmo omnia
supra dicta cum impresione sigilli dictae Rdae communitatis manu
propia et in Archivo ejusdem die decimo quinto mensis septembris
anno a Nte Domini Millesimo septingentesimo septimo.
+ anno a Nte Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto = ita approbo Archi-
varius ipsius manu propia.

Dr. Josephus Rafols presbiter
Archivarius

la visita de molinas fou lo
any 1675.
la fundacio de cassorouas fou
lo any 1687.

blat 3 ho 13tt
farina 6 ho 14tt l

Mas e Cancorn